

CICERO – DE RE PUBLICA

A reformulação seguiu o seguinte critério: quando possível, a oração principal vem primeiro, depois as subordinadas; e estas vêm, também quando possível, numa sequência que procura refletir a hierarquia sintática.

TEXTO ORIGINAL

Nam cum P. Africanus hic Pauli filius feriis Latinis Tuditano consule et Aquilio constituisset in hortis esse, familiarissimique eius ad eum frequenter per eos dies ventituros se esse¹ dixissent, Latinis ipsis mane ad eum primus sororis filius venit Q. Tubero. quem cum comiter Scipio adpellavisset libenterque vidisset, 'quid tu' inquit 'tam mane Tubero? dabant enim hae feriae tibi opportunam sane facultatem ad explicandas tuas litteras'. tum ille (Tubero): 'mihi vero omne tempus est ad meos libros vacuum; numquam enim sunt illi occupati; te autem permagnum est nancisci otiosum², hoc praesertim motu rei publicae'.

REFORMULAÇÃO

Q. Tubero, filius sororis (Africani), venit primus ad eum mane feriis Latinis, cum ipse Africanus, hic Pauli filius, constituisset esse in hortis, ipsis feriis Latinis, Tuditano et Aquilio consule, et cum familiarissimi eius dixissent se esse ventituros ad eum frequenter per eos dies. Scipio, cum libenter vidisset eum et comiter adpellavisset eum, [dixit]: “Quid tu (venis) tam mane, Tubero? Hae feriae dabant tibi facultatem opportunam ad explicandas tuas litteras”. tum ille: “omne tempus est vacuum mihi ad meos libros; illi numquam sunt occupati; permagnum est nancisci te otiosum, praesertim hoc motu rei publicae”.

¹ *dixissent se esse ventituros, immo dixissent quia erant ventituros.*

² *permagnum est nancisci te otiosum.*